UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.

Bredenbach, Tilmann

Coloniae, 1584

VD16 B 7375

24. Cosroe Sergiopolim obsidente, innumerabiles propugnatores supra vrbem apparent, quo cognito Chosroes obsidionem soluit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-52445

Visual Library

gaudio redirent, cognouerunt Nicanorem
ruiſſe cum armis ſuis. Facto itaque clamore &
perturbatione ſuſcitata, patria voce omnipo-
tentem dominum benedicebant. Præcipitan-
tem Iudas, qui per omnia corpore & animo
mori pro ciuibus paratus erat, caput Nica-
ris & manum cum humero abſciſſam, Ieroſo-
lymam perferri. Quò cùm perueniſſet, con-
catis contribulibus & ſacerdotibus ad al-
accerſijt, & eos qui in arce erant, & oſt-
capite Nicanoris & manu nepharia quam
tenderat contra domum ſanctam omnipoten-
tis Dei, magnificè gloriatus eſt, Linguam
am impij Nicanoris præciſam, iuſsit par-
latim auibus dari, manũ autem dementis
tra templum ſuſpendi. Omnes igitur cœli
nedixerunt Dominum, dicentes: Benedi-
qui locum ſuum incontaminatum ſeruau
Suſpendit autem caput Nicanoris in ſum-
arce, vt euidens eſſet & manifeſtum ſig-
auxilij Dei. Itaque omnes communi conſi-
decreuerunt, nullo modo diem iſtum abſ-
celebritate præterire: habere autem cele-
tatem annuam pridie Mardochæi die.

Nicephor. Calliſt. libr. 17. cap. 17. hiſtor. Ecc.
Choſroe Sergiopolim obſidente, innume-
biles propugnatores ſupra vrbem appar-
quo cognito Choſroes obſidionem ſolui.

CAP. XXIIII.

NON abſimile huic eſt, quod refert Ni-
phorus de ciuitate Sergiopoli, quā c-
Ch-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Choſroes rex Perſarum obſideret, atque in redemptionem ciuitatis ſacra templorum donaria ex pacto recepiſſet, tandem interrogauit, tum præterea in vrbe quicquam reliquum eſſet. Affuit ibi quidam, verum dicere ſolitus: & Choſroæ, alia quædam pauca admodum in vrbe à ciuibus occultè aſſeruari renunciauit. Ac auri quidem vel argenti reliqui nihil eſſe, ſed alterius longè præſtantioris & Deo dicatæ materiæ, in qua oſſa Sergij martyris aſſeruarentur, vrnam ſublongam ex argento fabrefactam reſtare. Hoc vbi Choſroes audiuit, ilicò exercitum omnem ad excindendam vrbem ex caſtrorum munimentis eduxit. Confeſtim verò innumerabiles propugnatores ſupra vrbem apparere, ſeq; ad eandem defendendam parare, atque per muros vbique diſcurrere viſi ſunt. Porrò vt hoc, qui ad hoc oppugnandū miſsi fuerant, viderunt, e veſtigiò ad Choſroen reuerſi, quum defenſorum ciuitatis multitudinem, tum timorem ſuum qui eos exarmaſſet, ſtupefacti ei commemorarunt. Choſroes autem, vbi curioſè omnia ſcrutatus, valdè paucos vel immaturæ vel expletæ ętatis homines in vrbe eſſe, robuſtis omnibus è medio ſublatis comperit, rem eam ſublimioris alicuius poteſtatis, & martyris præcipuè eſſe ſuſpicatus eſt. Ac timore correptus, Chriſtianamque religionem magnoperè admiratus, ſtatim obſidionem ſoluit, atque in ditionem ſuam reuerſus eſt. Fama verò obtinet, Choſ-

roen iſtum paulò ante obitum, ſacris noſtri initiatum, atq; ad diuinum lauacrum admiſ ſum eſſe. Non abſimile eſt, quod Syrorum ca ſtris legimus 4. Reg. 7. in quibus cùm diuini tus audiretur ſonitus curruum & equorum & exercitus plurimi, dixerunt ad inuicem Syri: Ecce mercede conduxit aduerſum nos Rex I ſrael reges Gethæorum & Aegyptiorum, & venerunt ſuper nos, ſurrexerunt ergo & fuge runt in tenebris, & dereliquerunt tentoria ſua, & equos & aſinos in caſtris, fugeruntque animas tantum ſuas ſaluare cupientes.

Procopius libr. 1. de bello Gothorum, De D. Pe tro Apoſtolo, qui mœniorum Romanorum partem tuendam ſuſcipiens, ab hoſtium im petu liberam conſeruauit.

CAP. XXV.

GOthis Romam obſidentibus, apud por tam Pincianam proximi muri pars quæ dam lapidum laxata iampridem com page, ſeiuncta ſpectatur, non tantum à ſolo, ſed à medio ad ſummum faſtigium ſciſſa: nec ſanè collapſa, nec alias reſoluta, ſed vtrinque ſic inclinauit, vt cætero muro extrinſecus par tim prominentior eſſe appareat, partim ſtri ctior. Hanc muri partem cùm demoliri ac primùm Beliſarius niteretur, & iterato ædifi care cœpiſſet, obſtitere Romani, Petrum Apo ſtolum pro indubitato ſe comperiſſe aſſeue rantes, eius loci tuendi pollicitum curam ſuſcepturum: Quid vtique Romanis ex vo